

Errantiū motus & lumina canonica. CAP. XV.

Errantium autē tres, quas supra solem diximus
fias, occultantur meates cum eo. Exoriuntur ue-
ro matutino, discedentes partibus nunq̄ am-
plius undenis. Postea radiorum eius contactu* regun-
tur, et in triquetro à partibus cētum uiginti stationes
matutinas faciunt, q̄ et primæ vocantur: mox in aduer-
so à partibus cētum octoginta, exortus uespertinos.

* regitur

* Iterum

* Itemq̄, in centū uiginti ab alio latere appropinquā-
te, stationes uespertinas, quas et secundas uocant: do-
nec assequuntur ī partibus duodenis occultet illas, qui
uespertini occasus appellantur. Martis stella, ut pro-
pior, etiā ex quadrato serit radios, ab nonaginta par-
tibus: unde et nomē accepit is motus, primus et secun-
dus nonagenarius dictus ab utroq; exortu. Eadem sta-
tionalis semis mensibus commoratur in signis, alioqui
bimestris, cum ceteræ utraq; statione quaternos men-
ses non impleant. Inferiores autem duæ occultantur

* relictæq;
à sole

in coitu uespertino simili modis, relictæq; sole, totidē
in partibus faciunt exortus matutinos, atq; à longissi-
mis distantie suæ metis solem insequuntur, adeptæq;
occasu matutino, conduntur ac p̄tereunt. Mox eodem
intervallo uesperti exoriuntur usque ad quos diximus
terminos. Ab his retrogradiuntur ad solem, & occa-
su uespertino delitescunt. Veneris stella & stationes
duas, matutinam, uespertinamq; ab utroq; exortu fa-
cit, à longissimis distantie suæ finibus: Mercurij* sta-
tionum breuiore momento, q̄ ut depræhendi possit.

* stationes

Hæc est luminum occultationumq; ratio, perplexiore
motu, multisq; inuoluta miraculis. Siquidem magni-
tudines suas et colores mutant, & eadem ad septen-
triones accedunt, abeuntq; ad austrum, terrisq; pro-
piores aut calo repente cernuntur: in quibus aliter
multa q̄ priores tradituri, fatemur ea quoq; illorum
esse muneris, qui primi uias quærendi demonstraue-
rint: modo ne quis desperet, secula proficere semper.
Pluribus de causis hæc oīa accidunt: prima circulo-
rum, quos Græci absidas in stellis uocant: etenim Græ-
cis utendum erit uocabulis. Sunt autem hi sui cuique
earum, aliq; q̄ mundo: quoniam terra à uerticibus
duobus, quos appellauerunt polos, centrum cæli est,
necnon signiferi, oblique inter eos siti. Omnia autem
hæc constant ratione circini semper indubitata. Ergo
ab alio cuiq; centro absides suæ exurgunt. Ideoq; di-
uersos habent orbes, motusq; dissimiles: quoniam
interiores absidas necesse est breuiiores esse.

Quare eadem alias altiora, alias inferiora
videantur.

CAP. XVI.

Igitur à terra centro absides altissima sunt, Satur-
no in scorpione, Ioui in uirgine, Marti ī leone, Soli
in geminis, Veneri in sagittario, Mercurio in capri-
cornio, medijs oīum partibus. Et econtrario ad terræ
cētrum humilima atq; p̄xima. Sic fit, ut tardius mo-
ueri uideantur, cum altissimo ambitu feruntur: nō q̄
accelerēt tardentūe naturales motus, qui certi ac sin-
guli sunt illis, sed quia deductas à sūma abside lineas,

coarctari ad centrum necesse est, sicut in rotis radios:
idemq; motus alias maior, alias minor, centri propin-
quitate sentitur. Altera sublimitatum causa, quoniā
à suo centro absidas altissimas habent in alijs signis.
Saturnus in libræ parte uicesima, Iupiter cæcri quin-
tadecima, Mars capricorni uicesimo octaua, Sol arie-
tis uicesimanona, Venus piscium decimasexta, Mercu-
rius uirginis decimaquinta, Luna tauri quarta. Terti-
a altitudinum ratio, cæli mensura nō circuli itelligi-
tur, subire eas aut descēdere p̄ pfundum aeris, oculis
existimantibus. Huic cōnexa latitudinū signiferi obli-
quitatisq; causa est. Per hunc stellæ quas diximus er-
rantes feruntur. Nec aliud habitatur in terris q̄ quod
illi subiacet. Reliqua à polis squalent. Veneris tātum
stella excedit eum binis partibus. Quæ causa intelligi-
tur efficere, ut quædam aīalia et in desertis mundi na-
scātur. Luna quoq; p̄ totā latitudinem eius uagatur,
sed oīno nō excedens eā. Ab his Mercurij stella laxis-
sime, ut tamen è duodenis partibus (tot enī sunt lati-
tudinis) nō amplius octonas pererret, neq; has æquali-
ter, sed duas medio eius, et supra quatuor, infra duas.
Sol deīde medio fertur iter duas partes flexuoso dra-
conū meatu inæqualis: Martis stella quatuor medijs,
Iouis media et sup̄ eā duabus, Saturni duabus ut sol.
Hæc erit latitudinū ratio ad austrum descendantium,
aut ad aquilonem subeuntium. Hac constare et tertiā
illā à terra subeuntium in cælū, et pariter scandi eam
quoq; existimauere pleriq; falso: qui ut coarguantur,
aperienda est subtilitas immensa, & oīs eas cōplexa
causas. Cōuenit stellas in occasu uespertino proximas
esse terræ et latitudine & altitudine: exortusq; matu-
tinos in initio cuiusq; fieri: stationes in medijs latitu-
dinum articulis quæ uocant ecliptica. Perinde confes-
sum est motum augeri, quandū in vicino sint terræ:
cum abscedant in altitudinem, minui. Quæ ratio luna
sublimitatibus maxime approbatur. Aequè non est
dubium, in exortibus matutinis etiam numerū auge-
ri, atque à stationibus primis tres superiores diminui
usq; ad stationes secundas. Quæ cum ita sint manife-
stum erit ab exortu matutino latitudines scandi, quo-
niam in eo primum abitu incipiant parcius adijci mo-
tus: in stationibus uero primis & altitudine subire,
quoniam tum primū incipiāt detrabi numeri, stellaq;
retroire. Cuius rei ratio priuatim reddenda est. Per-
cussæ in qua diximus parte, & triangulo solis radio
inhibentur rectum agere cursum, & ignea uel leuātur
in sublime. Hoc non protinus intelligi potest visu nō-
stro, ideoq; existimantur stare, vnde & nomen acce-
pit statio. Progreditur deinde eiusdem radij uolentia,
& retroire cogit vapor repercussas. Multo id ma-
gis in uespertino earum exortu, toto sole aduerso, cum
in sūmas absidas expelluntur, minimeq; cernuntur, quo-
niam altissime absunt, et minimo feruntur motu, tanto
minore, cū hoc in altissimis absidum euenit signis. Ab
exortu uespertio latitudo descēditur, parcius iā se mi-
nuente motu, nō tamē ante stationes secundas augēte,

a 3 cum